

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**EXEGESIS || DIVINAE ATQVE || HVMANAE KOI-||nōnias. ||  
Autore PETRO BOQVINO || D. Theologo.|| ... ||**

**Bouquin, Pierre**

**Heidelberg, 1561**

Cap. VIII. De doctrina

[urn:nbn:de:bsz:31-248509](#)

atq; diligentissimus capite Euangeli-  
cæ historiæ refert.

*De doctrina.*

CAP. VIII.

**I**ntra hæc Spiritus sancti organa  
*Doctrina* *humanaç salutis*, ut ita loquar me-  
*primus par* *dia principem locum tenere Euangeli-*  
*ses tenet.* *geli prædicationem*, euidenter de-  
*monstrant partim ipsa Apostolicæ di-*  
*missionis formula*, partim i crum ipsa-  
*rum natura*, uis & usus. Nam Aposto-  
*Matthei*, los suos cum ablegaret Christus ipsiſ  
*Marci* & *Euangelij* prædicandi partes inpri-  
*Luc. ult.* mis mandauit, doctrinæ summa etiam  
*paucis exposita.* Eò referri potest, q;  
*Paulus* sibi non baptizandi, sed prædi-  
*candi Euangelij munus mandatum  
 fuisse scribit. Pertinet etiam huc quod  
 idem Apostolus in formulis quas Ti-  
 motheo & Tito de eligendis consti-  
 tuendisç Ecclesiæ Episcopis, in pri-  
 mis flagitat quæ ad docendi Euan-  
 gelij munus pertinent. Quid, quòd  
 tituli*

*Tim. 3.*

*Tit. 1.*

tituli quibus partim ornantur, partim  
 officijs admonentur sui, ferè inde sunt  
 petiti, & ad eam partem alludunt. Ad  
 rerum naturam quòd attinet, extra  
 dubium est uerbum hoc, ad cæremo-  
 nias omnes se habere animæ instar: ut  
 quæ eo si destituantur, mortua res sint  
 & quod vulgo dicit̄ λογοῦ μέσω πομ.  
 Id confirmat̄ euidentissime illud Au-  
 gustini peruulgatum, imò omniū ore  
 decantatū, Accessione uerbi ad ele-  
 mentū, fieri sacramentū: adeò sanè ut  
 si illud desit, hoc nudum maneat ele-  
 mentum. Nemo etiam est qui uerbo  
 rationem formę non ascribat, elemen-  
 to uero & ceremoniæ, quod materiæ  
 est, ferè tribuitur. nec̄ immerito, cum  
 istam illud uelut uiuentem efficiat, lo-  
 quentem̄ p̄ reddat. Non abs re profe-  
 ctò Paulus Euangeliū διάλεκτον Rom. 10.  
 nuncupat. apparet eum sensisse, atq;  
 agnouisse, esse hoc illustre in primis  
 diuinæ potentiae organum. Atq; ob  
 causam eandem doctrinam istam p̄  
 claris

clarissimis atq; significantissimis titu-  
lis passim ornari atque commendari  
legimus. Est autem in isto toto gene-  
re diligenter obseruāda forma loquē-  
di, & uelut phrasis Spiritus sancti, nō  
dissimilis ei de qua nōnihil superiore  
cap. diximus. Tribuere subinde solet  
externo instrumento, quod ipse per  
instrumentum p̄st̄at atq; efficit. Po-  
tentiam Dei ideo nominat, q; Deus  
suam potentiam per illud mirabiliter  
exerat. Sic efficientiam fidei, ei tribue-  
re uidetur Paulus, quam tamen Dei

Rom. 10.

Eph. 3. ipsius singulare donum esse disertē a-  
Phil. 1. libi significat: Euangelium etiam salu-  
Eph. 1. tis atq; gratiæ nominat, quæ tamen  
Act. 20. Spiritus S. dona esse constat. Verūm  
ita loquitur, quia ad hęc p̄stanta  
Euangelij utitur p̄dicatione. Appa-  
ret autem ipsum talibus dicendi for-  
mis uti, ut animos nostros exsuscitet,  
& inflammet ad studium cœlestis hu-  
iis doctrinæ, & ne inducamus in ani-  
mos nostros, ut eam contēnamus,

quam

quam tanti facit Deus. Quare excusa-  
tione nulla, sed grāuissima pœna di-  
gni sunt, & eam aliquando pendent  
huīns doctrinę cōtemptores, siue E-  
picurei illi & securi sint, siue superbi  
& arrogantes, qui uel eruditionis suæ  
opiniōe inflati, uel ἐνθυμησμοῖς nescio  
quibus fidentes, diuinissimum istud  
atq; augustinissimum Sp̄iritus sancti or-  
ganum aut rident, aut aspernantur.

Cæterū consideratione etiam di-  
gnissimum est, quod passim non sim-  
plíciter Euangeliū, sed Christi Euan-  
geliū nuncupat. Admonemur enim  
eo titulo, doctrinæ huius Christum  
eumq; totum, esse quod dici solet, ma-  
teriam seu ὑπόστασιν, hoc est uersari to-  
tam in Christo exponendo. Nam et  
mysterium diuinæ & humanæ con-  
iunctionis in una Christi persona tra-  
dit, & explicat totum ipsius officium,  
nempe partem utramq; ut prius mo-  
nuimus. quarum hæc summa & finis  
est, ut nos Deo aggreget seu adiun-  
gat,

*Euangeliū,  
Christi esse  
dicitur.*

gat. Per istam uero doctrinā describi,  
imò ut uiuis coloribus exprimi Chri-  
stum luculenter testatur Paulus, cum  
disertè scribit ad Galatas, sic sua præ-  
dicatione depictum eum fuisse, ac si  
sub oculos iplis fuisset positus, atq[ue] in  
ter ipsos crucifixus. In hoc uero uno  
totam hanc uersari et cōtineri doctri-  
nam Euangelicam euidenter testatur  
eiusdem Apostoli locus alter, qui ex-  
tat 1. Cor. 2. quo significat cū apud  
ipsos ageret, unum Christum, eumq[ue]  
crucifixum scire se existimasse. Quid  
enim aliud est quam in eo uno omnes  
suas cogitatiōes recubuisse, & in hoe  
solum ipsum incubuisse, ut eum cruci  
affixum Corinthijs exponeret, cre-  
dendumq[ue] proponeret? Nam do-  
ctrina haec ipsum continet totum, to-  
tumq[ue] ostert, & credenti confert. scitē  
enimcum Paulus dixisset, potentiam  
esse Dei, mox subiecit, Cuius credē-  
ti. Nō est sane quod quisq[ue] uim ullam  
esse putet in nuda uerbi recitatione  
aut

aut pronunciatione. ea enim est magicae incantationis imaginatio, non Christianae pietatis persuasio. Scite profectò ait Augustinus efficax esse uerbū non quia dicitur, sed quia creditur. Porro libros quibus ea doctrina continetur, atq; exponitur, instar tabularum habeo, habendaq; esse iudico. quibus etiam testamenti applicationem tributam esse uidemus. De eorum uero numero, doctrinęq; partitione, nō magis quam de eius intelligentiae interpretandæ ue ratione ut dicam, nunc nihil est opus.

*De Sacramentis.*

CAP. IX.

PRædicationi Euangeli attexenda esse quæ sacramenta appellare iam inde ab ipsius ferè Ecclesiæ incububilis obtinuit usus, ipsa etiam uerba Christi Apostolos suos ad hoc munus obeundum amandantis, primū adeò evidenter demonstrant, ut aperte impius sit oportet qui inficiari audebit,